



19
15921

D.D. IOAN. FRANC.
SANFELICII
 SUPREMORVM TRIBVNALIVM
 REGNI NEAPOLITANI,
DECISIONES
 ET PRAXIS
IUDICIARIA
 Quatuor Tomis distinctæ.

Num. 44. Cap. 5. num. 14.



LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF CHICAGO
1255 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637

D.D. IOAN. FRANC.
SANFELICII
PATRITII NEAPOLIT.
& Regentis Cancellariam,
DECISIONVM
SUPREMORVM TRIBVNALIVM
REGNI NEAPOLITANI
TOMVS PRIMVS

*Quibus accessit disceptatio de munere à subditis persolueno suo principi
ob precisa necessitatis urgentiam*

NUNC PRIMUM IN GALLIIS PRODIT
cum additionibus proprio loco positis.



LUGDVNI,
Ex Officina ANISSONIANA.

M. DC. LXXV.
SUPERIORVM PERMISSV.



D. IOAN. FRANCISCVS

SANFELICIVS

BENEVOLO LECTORI.




*Q*UONIAM ex iudicio ferendo ea sententia, & opiniones sunt tutiores, quas Supremorum Tribunalium collegia cogitauerunt, ac diremerunt: ideo operapretium visum est, nonnullas, quas ego iudex in Tribunali protuli; ad commune commodum colligere, & in lucem edere. Doctores congerendos plurimos in singulis articulis libens non curavi, contentus auctoritate neotericorum quorundam illos afferentium. Studui etiam propositi articuli fines non transgredi, vni consistendo materia, ne molestia essem Lectori; sciens prorectoribus, ac nostra professionis peritis hac vsui fore. Beneuolè autem accipiant, lapsibus siue mentis, siue calami indulgendo, memores tamen humanorum imbecillitatis ingeniorum, cum numquam intermissarum occupationum, qua maturioris trutinatiois tempus absoluerit. Vale.



I

D. IOAN. FRANCISCI
SANFELICII
 DECISIONVM
 SUPREMORVM TRIBVNALIVM
 REGNI NEAPOLITANI.
LIBER PRIMVS.



ARGVMENTVM.

An serui, famuli, & coloni Ecclesie, Ecclesiasticæque persone serui, & gaudere possint, & debeant privilegio suorum dominorum, quorum familiares existunt.

SVMMARIVM.

- 1 *Serui, famuli & coloni Ecclesie, Ecclesiasticæque persona serui, & gaudere an possint, & debeant privilegio dominorum suorum, quorum familiares existunt.*
- 2 *Recessit DD. pro opinione affirmativa, & num. 5. & 9. pro negativa; Et quid in seruis perpetuis num. 5. & 18. & qui dicantur serui perpetui num. 19.*
- 3 *Privilegium concessum scholaribus extenditur ad seruos necessarios, atque nuntios, quando sunt in seruitio dominorum, quia datur contemplatione domini.*
- 4 *Privilegium Officialibus concessum videtur & eorum subditis concessum.*
- 5 *Familiares Militum gaudent privilegio militis, si sint familiares necessarii secundum dignitatem personæ.*
- 6 *Rustici, & coloni Ecclesiarum quando teneantur solvere gabellam de fructibus eis contingebat.*
- 7 *Coloni, & familiares Monachorum non liberantur à collectis, licet ipsi immunes sint, & num. 15.*
- 8 *Clericus agens contra laicam reivindicationem, vel actionem personalem super re Ecclesia, aut*

- ipsius clerici debet coram Iudice seculari eum convenire.*
- 10 *Oblati ad hoc, ut gaudeant fori privilegio, requiruntur qualitas perpetuitatis.*
 - 11 *Ratio, quare clerici sint exempti a iurisdictione Imperatoris.*
 - 12 *Non reperitur in iure decisum, servus temporalis Ecclesie, seu Ecclesiasticarum personarum fori privilegio gaudere, nec presumitur, voluisse Romanum Pontificem hoc statuere.*
 - 14 *Suspectus iudex quoad dominum, an dicatur suspectus etiam pro tota familia.*
 - 15 *Intellectus cap. 2. de foro competenti.*
 - 16 *Familia Archiepiscopi gaudet privilegio fori ipsius Archiepiscopi.*
 - 17 *Privilegia stricte interpretantur, & non extenduntur de persona ad personam.*
 - 18 *Decisiones.*
 - 19 *Servorum, familiarumque appellatione qui veniant, & qui dicantur Diaconi saluatici.*
 - 20 *Confratres tertij ordinis, qui vocantur conversi, seu oblato an gaudeant fori privilegio.*

DECISIO I.

HORATIVE de Rao carceratus tanquam serviens Ecclesie petit remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, & exhibuit literas sequentes.

Ioannes Baptista miseratione divina tituli Sancti Sixti S. R. E. Presbyter Cardinalis Leius Episc. Militum.